(Vers. 23, 24.) «Mas cuando os persigan en esta ciudad, huid a otra. En verdad os digo que no acabaréis las ciudades de Israel hasta que venga el Hijo del hombre. No es el discípulo sobre el maestro, ni el siervo sobre su señor. Baste al discípulo ser como su maestro, y al siervo como su señor». Esto ha de referirse a aquel tiempo en que los apóstoles eran enviados a la predicación, a quienes también propiamente se dice: «No vayáis por camino de gentiles, y no entréis en ciudades de samaritanos» (Arriba, en el mismo lugar), porque no deben temer la persecución, sino declinarla. Lo cual ciertamente vemos que hicieron los creyentes al principio: cuando, habiendo surgido una persecución en Jerusalén, se dispersaron por toda Judea, para que la ocasión de la tribulación se convirtiera en semillero del Evangelio. Espiritualmente, sin embargo, podemos decir: Cuando nos persigan en una ciudad, esto es, en un solo libro de las Escrituras o testimonio, huyamos nosotros a otras ciudades, esto es, a otros volúmenes. Por más contencioso que sea el perseguidor, el auxilio del Salvador llegará antes de que se conceda la victoria a los adversarios.

(Vers. 25.) Si patremfamilias Beelzebub vocaverunt, quanto magis domesticos ejus! Ne ergo timueritis eos. Beelzebub, idolum est Acaron, quod vocatur in Regum volumine idolum muscae (IV Reg. I). Beel, ipse est Bel, sive Baal: Zebub autem musca dicitur. Principem ergo daemoniorum ex spurcissimi idoli appellabant vocabulo, qui musca dicitur, propter immunditiam, quae exterminat suavitatem olei (Eccl. X).

(Vers. 26.) Nihil enim opertum est quod non revelabitur, et occultum quod non scietur. Et quomodo in praesenti saeculo multorum vitia nesciuntur? Sed de futuro tempore scribitur, quando judicabit Deus occulta hominum, et illuminabit latebras tenebrarum, et manifesta faciet consilia cordium. Et est sensus: Nolite timere persecutorum saevitiam, et blasphemantium rabiem, quia veniet dies judicii, in quo et vestra virtus, et eorum nequitia demonstrabitur.

(Vers. 27.) Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Quod audistis in mysterio, apertius praedicate; quod didicistis abscondite, publice loquimini: quod vos erudivi in parvulo Judaeae loco, in universis urbibus, et in toto mundo audacter edicite.

(Vers. 28.) Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Si qui corpus occidunt, animam non possunt occidere: ergo anima invisibilis et incorporalis est, secundum crassiorem dico nostri corporis substantiam. Vel eo certe tempore punietur, et supplicia sentiet, quando pristinum corpus receperit, ut cum quo peccavit, cum ipso et puniatur. Sed potius timete eum qui potest et animam, et corpus perdere in gehennam. Nomen gehennae, in veteribus libris non invenitur, sed primum a Salvatore ponitur. Quaeramus ergo quae sit sermonis hujus occasio. Idolum Baal fuisse juxta Jerusalem ad radices montis Moria, in quibus Siloe fluit, non semel legimus (III Reg. XI). Haec vallis et parvi campi planities, irrigua erat et nemorosa, plenaque deliciis, et lucus in ea idolo consecratus. In tantam autem dementiam populus Israel venerat, ut deserta templi vicinia ibi hostias immolaret, et rigorem religionis deliciae vincerent, filiosque suos daemoniis incenderent vel initiarent. Et appellabatur locus ille gehennom, id est, vallis filiorum Hennom. Hoc Regum volumen (IV Reg. XXIII), et Paralipomenon (II Par. XXVIII), et Jeremias (Jer. VII, XIX et XXXII) scribunt plenissime. Et comminatur Deus se locum ipsum impleturum cadaveribus mortuorum, ut nequaquam vocetur Tophet et Baal; sed vocetur Polyandrium, id est, tumulus mortuorum. Futura ergo supplicia et poenae perpetuae, quibus peccatores cruciandi sunt, hujus loci vocabulo denotantur. Duplicem autem esse gehennam, nimii ignis et frigoris, in Job plenissime legimus (Job. XXIV).

(Vers. 25.) «Si al padre de familia llamaron Belcebú, ¡cuánto más a los de su casa! No les temáis, pues». Belcebú es el ídolo de Acarón, que es llamado en el libro de los Reyes el ídolo de la mosca (IV Rey. I). Bel es el mismo que Bel o Baal; y Zebub se dice mosca. Llamaban, pues, al príncipe de los demonios por el nombre del ídolo más impuro, que se llama mosca por la inmundicia que extermina la suavidad del óleo (Ecl. X).

(Vers. 26.) «Porque nada hay oculto que no haya de ser revelado, ni escondido que no haya de saberse». ¿Y cómo en el siglo presente no se conocen los vicios de muchos? Pero se escribe sobre el tiempo futuro, cuando Dios juzgará lo oculto de los hombres, e iluminará los escondrijos de las tinieblas, y manifestará los consejos de los corazones. El sentido es: No temáis la saña de los perseguidores y la rabia de los blasfemadores, porque vendrá el día del juicio, en el cual se demostrará tanto vuestra virtud como la maldad de ellos.

(Vers. 27.) «Lo que os digo en tinieblas, decidlo en la luz; y lo que oís al oído, predicadlo sobre los techos». Lo que oísteis en misterio, predicadlo más abiertamente; lo que aprendisteis a escondidas, habladlo públicamente; lo que os instruí en un pequeño lugar de Judea, anunciadlo audazmente en todas las ciudades y en todo el mundo.

(Vers. 28.) «Y no temáis a los que matan el cuerpo, pero al alma no pueden matar». Si los que matan el cuerpo no pueden matar el alma, por tanto el alma es invisible e incorpórea, según la sustancia más gruesa de nuestro cuerpo. O ciertamente en aquel tiempo será castigada y sentirá los suplicios cuando haya recibido su antiguo cuerpo, para que con aquel con quien pecó, con él mismo sea castigada. «Sino más bien temed a aquel que puede perder el alma y el cuerpo en la gehena». El nombre de gehena no se encuentra en los libros antiguos, sino que es puesto primero por el Salvador. Busquemos, pues, cuál sea la ocasión de este discurso. Leemos no una sola vez que hubo un ídolo de Baal junto a Jerusalén, a las raíces del monte Moria, en las que fluye el Siloé (III Rey. XI). Este valle y la llanura de los pequeños campos era regada y boscosa, y llena de delicias, y en ella había un bosque consagrado al ídolo. Pero el pueblo de Israel había llegado a tan gran demencia que, abandonada la cercanía del templo, inmolaba allí víctimas, y las delicias vencían al rigor de la religión, e incendiaban o iniciaban a sus hijos ante los demonios. Y se llamaba aquel lugar Gehennom, esto es, valle de los hijos de Hinnom. Esto lo escriben plenísimamente el libro de los Reyes (IV Rey. XXIII), y el de los Paralipómenos (II Par. XXVIII), y Jeremías (Jer. VII, XIX y XXXII). Y Dios amenaza con que llenará aquel mismo lugar con los cadáveres de los muertos, de modo que en absoluto se llame Tofet y Baal, sino que se llame Poliandro, esto es, túmulo de los muertos. Por tanto, los suplicios futuros y las penas perpetuas con las que los pecadores han de ser atormentados se denotan con el nombre de este lugar. Que la gehena es doble, de fuego y de frío excesivos, lo leemos plenísimamente en Job (Job XXIV).

(Vers. 29 seqq.) Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo qui in coelis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo qui in coelis est. Haeret sibi sermo Dominicus, et sequentia pendent ex superioribus. Prudens lector, cave semper superstitiosam intelligentiam; ut non tuo sensui attemperes Scripturas, sed Scripturis jungas sensum tuum, et intelligas quid sequatur. Supra dixerat: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: nunc loquitur consequenter, Nonne duo passeres asse veneunt, et unus ex illis non cadet super terram sine Patre vestro? Et est sensus: Si parva animalia et vilia absque Deo auctore non decidunt, et in omnibus est providentia, et quae in his peritura sunt, sine Dei voluntate non pereunt: vos qui aeterni estis, non debetis timere quod absque Dei vivatis providentia. Iste sensus et supra dictus est: Respicite volatilia coeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea; et Pater vester coelestis pascit illa. Nonne vos pluris estis illis? Ac deinceps: Considerate lilia agri quomodo crescunt, et reliqua. Si autem fenum agri quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit, quanto magis vos, modicae fidei! Quidam coacte duos passeres, animam et corpus interpretantur. Quinque quoque passeres, secundum Lucam (Luc. XII), qui duobus assibus veneunt, ad sensus referunt. Sed quomodo illa intelligentia toto Evangelici sermonis corpori coaptetur, non parvae difficultatis est. Vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere; multis passeribus meliores estis vos. Manifestius superior nostrae expositionis sensus expressus est: quod timere non debeant eos qui possunt occidere corpus, et animam non possunt, quoniam si sine Dei scientia parva quoque animalia non decidunt, quanto magis homo, qui apostolica fultus sit dignitate! Quod autem ait: vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt, immensam Dei erga homines ostendit providentiam, et ineffabilem signat affectum, quod nihil nostrum lateat Deum, et etiam parva et otiose dicta ejus scientiam non fugiant. Derident intelligentiam ecclesiasticam in hoc loco, qui carnis resurrectionem negant, quasi nos et capillos qui numerati sunt, et a tonsore decisi, omnes dicamus resurgere, cum Salvator non dixerit: Vestri autem et capilli capitis omnes salvandi sunt, sed numerati sunt. Ubi numerus est, scientia numeri demonstratur, non ejusdem numeri conservatio.

(Vers. 29 y sigs.) «¿No se venden dos pajarillos por un as, y ni uno de ellos caerá sobre la tierra sin vuestro Padre? Pues aun vuestros cabellos de la cabeza están todos contados. No temáis, pues; mejores sois vosotros que muchos pajarillos. Todo aquel, pues, que me confesare delante de los hombres, yo también le confesaré delante de mi Padre que está en los cielos. Pero el que me negare delante de los hombres, yo también le negaré delante de mi Padre que está en los cielos». El discurso del Señor se encadena consigo mismo, y lo que sigue depende de lo anterior. Lector prudente, guárdate siempre de la inteligencia supersticiosa; para que no acomodes las Escrituras a tu sentido, sino que unas tu sentido a las Escrituras y entiendas lo que sigue. Arriba había dicho: «No temáis a los que matan el cuerpo, pero al alma no pueden matar»; ahora habla consecuentemente: «¿No se venden dos pajarillos por un as, y ni uno de ellos caerá sobre la tierra sin vuestro Padre?». Y el sentido es: Si los animales pequeños y viles no caen sin Dios como autor, y en todas las cosas hay providencia, y lo que en ellos ha de perecer no perece sin la voluntad de Dios, vosotros, que sois eternos, no debéis temer que viváis sin la providencia de Dios. Este sentido también se dijo arriba: «Mirad las aves del cielo, que no siembran, ni siegan, ni recogen en graneros; y vuestro Padre celestial las alimenta. ¿No sois vosotros mucho más que ellas?». Y después: «Considerad los lirios del campo cómo crecen», y lo demás. «Pues si el heno del campo que hoy es, y mañana se echa en el horno, Dios lo viste así, ¡cuánto más a vosotros, hombres de poca fe!». Algunos, forzadamente, interpretan los dos pajarillos como el alma y el cuerpo. También los cinco pajarillos, según Lucas (Luc. XII), que se venden por dos ases, los refieren a los sentidos. Pero cómo esa inteligencia se acople a todo el cuerpo del discurso evangélico, no es de pequeña dificultad. «Pues aun vuestros cabellos de la cabeza están todos contados. No temáis, pues; mejores sois vosotros que muchos pajarillos». Más manifiestamente se expresó el sentido anterior de nuestra exposición: que no deben temer a los que pueden matar el cuerpo y no pueden matar el alma, ya que si sin el conocimiento de Dios tampoco caen los animales pequeños, ¡cuánto más el hombre, que está apoyado en la dignidad apostólica! Pero lo que dice, «vuestros cabellos de la cabeza están todos contados», muestra la inmensa providencia de Dios hacia los hombres, y señala un afecto inefable, el que nada nuestro esté oculto a Dios, e incluso las cosas pequeñas y dichas ociosamente no escapen a su conocimiento. Se burlan de la inteligencia eclesiástica en este lugar los que niegan la resurrección de la carne, como si nosotros dijéramos que tanto los cabellos que están contados como los cortados por el barbero han de resucitar todos, cuando el Salvador no dijo: «Vuestros cabellos de la cabeza todos han de ser salvados», sino «están contados». Donde hay número, se demuestra el conocimiento del número, no la conservación del mismo número.

(Vers. 34.) Nolite arbitrari, quia veni pacem mittere in terram: Non veni pacem mittere, sed gladium. Supra dixerat: Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine; et quod in aure auditis, praedicate super tecta. Nunc infert quid post praedicationem sequatur. Ad fidem Christi, totus orbis contra se divisus est: unaquaeque domus et infideles habuit et credentes, et propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur pax mala. Tale quid et in Genesi adversus rebelles homines, qui moti fuerant de Oriente, et turrem exstruere festinabant (Genes. XI), per quam coeli alta penetrarent, fecisse scribitur Deus, ut divideret linguas eorum. Unde et in psalmo David precatur: Dissipa, Domine, gentes quae bella volunt (Ps. LXVII, 32).

(Vers. 35.) Veni enim separare hominem adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, et nurum adversus socrum suam; et inimici hominis, domestici ejus. Hic locus prope eisdem verbis in Michaea propheta scribitur (Mich. VII). Et notandum ubicumque de veteri Testamento testimonium ponitur, utrum sensus tantum, an et sermo consentiat.

(Vers. 37.) Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Qui ante praemiserat: Non veni pacem mittere, sed gladium; et dividere homines adversum patrem et matrem, et socrum, ne quis pietatem religioni anteferret, subjecit dicens, Qui amat patrem aut matrem plus quam me. Et in Cantico legimus Canticorum: Ordinate in me charitatem (Cant. II, 4). Hic ordo in omni affectu necessarius est. Ama post Deum patrem, ama matrem, ama filios. Si autem necessitas venerit, ut amor parentum ac filiorum Dei amori comparetur, et non possit utrumque servari, odium in suos, pietas in Deum sit. Non ergo prohibuit amare patrem aut matrem, sed signanter addidit: Qui amat patrem aut matrem plus quam me.

(Vers. 38, 39.) Et qui non accipit crucem suam et sequitur me, non est me dignus. Qui invenerit animam suam, perdet illam; et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. In alio Evangelio scribitur: Qui non accipit crucem suam quotidie. Ne semel putemus ardorem fidei posse sufficere, semper crux portanda est, ut semper nos Christum amare doceamus.

(Vers. 40.) Qui recipit vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ordo pulcherrimus. Ad praedicationem mittit, docet pericula non timenda, affectum subjicit religioni. Aurum supra tulerat, aes de zona excusserat. Dura Evangelistarum conditio. Unde ergo sumptus, unde victus necessaria? Austeritatem mandatorum spe temperat promissorum. Qui recipit, inquiens, vos, me recipit; et qui me recipit, recipit eum qui me misit, ut in suscipiendis apostolis, unusquisque credentium Christum se suscepisse arbitretur.

(Vers. 34.) «No penséis que vine a traer paz a la tierra: No vine a traer paz, sino espada». Arriba había dicho: «Lo que os digo en tinieblas, decidlo en la luz; y lo que oís al oído, predicadlo sobre los techos». Ahora infiere lo que sigue después de la predicación. Hacia la fe de Cristo, todo el orbe se dividió contra sí mismo: cada casa tuvo tanto infieles como creyentes, y por eso se envió la guerra buena, para que se rompiera la paz mala. Algo tal se escribe que hizo Dios también en el Génesis contra los hombres rebeldes que se habían movido del Oriente y se apresuraban a edificar una torre (Gén. XI) por la cual penetraran en las alturas del cielo, para que dividiera sus lenguas. De donde también en el salmo David ruega: «Dispersa, Señor, a las gentes que quieren guerras» (Sal. LXVII, 32).

(Vers. 35.) «Porque vine a separar al hombre contra su padre, y a la hija contra su madre, y a la nuera contra su suegra; y los enemigos del hombre, los de su propia casa». Este lugar se escribe casi con las mismas palabras en el profeta Miqueas (Miq. VII). Y ha de notarse dondequiera que se pone un testimonio del Antiguo Testamento, si solo el sentido o también el discurso concuerda.

(Vers. 37.) «El que ama al padre o a la madre más que a mí, no es digno de mí. Y el que ama al hijo o a la hija sobre mí, no es digno de mí». El que antes había antepuesto: «No vine a traer paz, sino espada»; y separar a los hombres contra el padre y la madre, y la suegra, para que nadie antepusiera la piedad a la religión, subyugó diciendo: «El que ama al padre o a la madre más que a mí». Y en el Cantar de los Cantares leemos: «Ordenad en mí la caridad» (Cant. II, 4). Este orden es necesario en todo afecto. Ama después de Dios al padre, ama a la madre, ama a los hijos. Pero si viniera la necesidad de que el amor a los padres y a los hijos se compare con el amor a Dios, y no pueda conservarse ambos, sea el odio hacia los suyos y la piedad hacia Dios. No prohibió, pues, amar al padre o a la madre, sino que añadidamente señaló: «El que ama al padre o a la madre más que a mí».

(Vers. 38, 39.) «Y el que no toma su cruz y me sigue, no es digno de mí. El que hallare su vida, la perderá; y el que perdiere su vida por causa de mí, la hallará». En otro Evangelio se escribe: «El que no toma su cruz cada día». Para que no pensemos que el ardor de la fe pueda bastar una sola vez, siempre ha de llevarse la cruz, para que siempre enseñemos que amamos a Cristo.

(Vers. 40.) «El que os recibe a vosotros, a mí me recibe; y el que me recibe a mí, recibe al que me envió». Orden hermosísimo. Envía a la predicación, enseña que no se han de temer los peligros, somete el afecto a la religión. Arriba había quitado el oro, había sacudido el cobre del cinturón. Dura condición la de los evangelistas. ¿De dónde, pues, los gastos, de dónde lo necesario para el sustento? Templa la austeridad de los mandatos con la esperanza de las promesas. «El que os recibe a vosotros», diciendo, «a mí me recibe; y el que me recibe a mí, recibe al que me envió», para que al recibir a los apóstoles, cada uno de los creyentes considere que ha recibido a Cristo.

(Vers. 41.) Qui recipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. Et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Qui prophetam recipit ut prophetam, et intelligit eum de futuris loquentem, hic mercedem prophetae accipiet. Igitur Judaei carnaliter prophetas intelligentes, mercedem prophetarum non accipient. Aliter: In omni professione zizanium mixtum est tritico. Praemiserat: Qui recipit vos, me recipit: et qui me recipit, recipit eum qui me misit. Ad susceptionem magistrorum discipulos provocaverat. Poterat occulta esse credentium responsio; ergo et pseudoprophetas et Judam proditorem debemus recipere, et illis alimoniam ministrare. Hoc Dominus ante procurans dicit, non personas suscipiendas esse, sed nomina: et mercedem non perdere suscipientes, licet indignus fuerit qui susceptus sit.

(Vers. 42.) Et quicumque potum dederit uni ex minimis istis, calicem aquae frigidae tantum, in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Legimus in propheta David: Ad excusandas excusationes in peccatis (Ps CXL, 4): quod multi peccatorum suorum quasi justas praetendant occasiones, ut quod voluntate delinquunt, videantur necessitate peccare: Dominus scrutator cordis et renum, futuras cogitationes in singulis contuetur. Dixerat: Qui recipit vos, me recipit. Sed hoc praeceptum multi pseudoprophetae et falsi praedicatores poterant impedire; medicatus est huic quoque scandalo, dicens: Qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Rursus poterat alius causari et dicere: Paupertate prohibeor, tennitas me retinet, ut hospitalis esse non possim. Et hanc excusationem levissimo praecepto diluit, ut calicem aquae frigidae toto animo porrigamus. Frigidae, inquit, aquae, non calidae, ne et in calida, paupertatis et penuriae lignorum occasio quaereretur. Tale quid et Apostolus (ut ante jam diximus) ad Galatas praecepit: Communicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnibus bonis (Galat. VI, 6), et discipulos ad magistrorum refrigeria cohortatur. Quia poterat quilibet obtendere paupertatem, et praeceptum eludere, priusquam ille proponat, imminentem solvit quaestionem, dicens: Nolite errare, Deus non irridetur. Quae enim seminaverit homo, haec et metet. Et est sensus: frustra causaris inopiam; cum aliud habeat conscientia tua: me potes fallere cohortantem; sed scito quod quantumcumque seminaveris, tantum et messurus sis.

(Vers. 41.) «El que recibe a un profeta en nombre de profeta, recompensa de profeta recibirá. Y el que recibe a un justo en nombre de justo, recompensa de justo recibirá». El que recibe a un profeta como profeta, y lo entiende hablando sobre lo futuro, este recibirá la recompensa de profeta. Por tanto, los judíos, al entender carnalmente a los profetas, no recibirán la recompensa de los profetas. De otro modo: En toda profesión la cizaña está mezclada con el trigo. Había antepuesto: «El que os recibe a vosotros, a mí me recibe; y el que me recibe a mí, recibe al que me envió». Había provocado a los discípulos a la recepción de los maestros. Podía ser oculta la respuesta de los creyentes; por tanto, debemos recibir incluso a los pseudoprofetas y a Judas el traidor, y suministrarles alimento. El Señor, procurando esto antes, dice que no se han de recibir las personas, sino los nombres; y que los que reciben no pierden la recompensa, aunque haya sido indigno el que fue recibido.

(Vers. 42.) «Y cualquiera que diere de beber a uno de estos pequeñuelos solo un vaso de agua fría en nombre de discípulo, en verdad os digo que no perderá su recompensa». Leemos en el profeta David: «Para excusar excusas en los pecados» (Sal. CXL, 4); que muchos pretenden ocasiones como si fueran justas para sus pecados, para que lo que delinquen por voluntad parezca que pecan por necesidad; el Señor, escrutador del corazón y de los riñones, contempla las futuras meditaciones en cada uno. Había dicho: «El que os recibe a vosotros, a mí me recibe». Pero muchos pseudoprofetas y falsos predicadores podían impedir este precepto; sanó también este escándalo diciendo: «El que recibe a un justo en nombre de justo, recompensa de justo recibirá». De nuevo, otro podía alegar y decir: Por la pobreza se me prohíbe, la estrechez me retiene, de modo que no pueda ser hospitalario. Y diluye esta excusa con un precepto ligerísimo, para que ofrezcamos un vaso de agua fría con toda el alma. De agua «fría», dice, no caliente, para que ni en la caliente se buscara ocasión de pobreza y de penuria de leña. Algo tal también el Apóstol (como ya dijimos antes) mandó a los gálatas: «Comunique, pues, el que es catequizado en la palabra al que lo catequiza en todos los bienes» (Gál. VI, 6), y exhorta a los discípulos al refrigerio de los maestros. Porque cualquiera podía pretender pobreza y eludir el precepto, antes de que aquel lo proponga, resuelve la cuestión inminente diciendo: «No erréis, Dios no es burlado». Pues lo que el hombre sembrare, eso también segará. Y el sentido es: en vano alegas penuria, cuando tu conciencia tiene otra cosa; me puedes engañar a mí que te exhorto, pero sabe que cuanto hayas sembrado, tanto también has de segar.

LIBER SECUNDUS.

(Cap. XI.---Vers. 1, 2.) Et factum est cum consummasset Jesus, praecipiens duodecim discipulis, transiit inde ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum. Non quasi ignorans interrogat; ipse enim caeteris ignorantibus demonstraverat, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi (Joan. I, 29): et Patris vocem audierat, intonantis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui (Matth. III, 17): sed quomodo Salvator interrogat, ubi sit positus Lazarus, ut qui locum sepulcri indicabant, saltem sic pararentur ad fidem, et viderent mortuum resurgentem: sic et Joannes interficiendos ab Herode, discipulos suos mittit ad Christum, ut per hanc occasionem videntes signa atque virtutes, crederent in eum, et magistro interrogante, sibi discerent. Quod autem superbirent discipuli Joannis adversus Dominum, et haberent aliquid mordacitatis ex livore et invidia, superior quoque interrogatio demonstravit, Evangelista referente: Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes: Quare nos et Pharisaei jejunamus frequenter: discipuli autem tui non jejunant (Ibid., IX, 14)? Et alibi: Magister, cui tu perhibuisti testimonium ad Jordanem, ecce discipuli ejus baptizant, et omnes veniunt ad eum (Joan. III, 26), quasi dixerint: Nos deserimur, hic raritas est, ad illum turba concurrit.

(Vers. 3.) Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Non ait: tu es qui venisti: sed, tu es qui venturus es. Et est sensus: Manda mihi, quia ad inferna descensurus sum, utrum te et inferis debeam nuntiare, qui nuntiavi superis? An non conveniat Filio Dei, ut gustet mortem, et alium ad haec sacramenta missurus es?

(Vers. 4, 5.) Et respondens Jesus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni quae audistis et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt. Joannes interrogaverat per discipulos: Tu es qui venturus es, an alium exspectamus? Christus signa demonstrat, non ad ea respondens quae interrogatus fuerat, sed ad scandalum nuntiorum: Ite, inquit, et dicite Joanni signa quae cernitis: caecos videntes, et claudos ambulantes, et reliqua. Et quod his non minus est, Pauperes evangelizantur. Vel pauperes spiritu, vel certe opibus pauperes, ut nulla inter nobiles et ignobiles, inter divites et egenos, in praedicatione distantia sit. Haec magistri rigorem, haec praeceptoris comprobant veritatem, quando omnis apud eum qui salvari potest, aequalis est.

LIBRO SEGUNDO.

(Cap. XI. --- Vers. 1, 2.) «Y aconteció que cuando Jesús terminó de dar instrucciones a sus doce discípulos, pasó de allí para enseñar y predicar en las ciudades de ellos». No interroga como quien ignora; pues él mismo lo había mostrado a los demás que ignoraban, diciendo: «He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo» (Juan I, 29); y había oído la voz del Padre que tronaba: «Este es mi Hijo amado, en quien me he complacido» (Mat. III, 17); sino que, del mismo modo que el Salvador pregunta dónde está puesto Lázaro, para que los que indicaban el lugar del sepulcro al menos así se prepararan para la fe y vieran al muerto resucitar, así también Juan, que iba a ser muerto por Herodes, envía a sus discípulos a Cristo, para que por esta ocasión, viendo las señales y virtudes, creyeran en él y, preguntando su maestro, aprendieran ellos. Que los discípulos de Juan eran soberbios contra el Señor y tenían algo de mordacidad por el rencor y la envidia, lo demostró también la interrogación anterior, refiriéndolo el Evangelista: «Entonces se le acercaron los discípulos de Juan, diciendo: ¿Por qué nosotros y los fariseos ayunamos con frecuencia, pero tus discípulos no ayunan?» (Ibíd., IX, 14). Y en otra parte: «Maestro, aquel de quien tú diste testimonio junto al Jordán, he aquí que él bautiza y todos vienen a él» (Juan III, 26), como si dijeran: Nosotros somos abandonados, aquí hay escasez, a aquel la multitud concurre.

(Vers. 3.) «¿Eres tú el que ha de venir, o esperamos a otro?». No dice: eres tú el que has venido, sino: eres tú el que ha de venir. Y el sentido es: Anúnciame, porque he de descender a los infiernos, si debo anunciarte también a los de abajo, yo que te anuncié a los de arriba. ¿O no conviene al Hijo de Dios que guste la muerte, y vas a enviar a otro para estos sacramentos?

(Vers. 4, 5.) «Y respondiendo Jesús, les dijo: Id y anunciad a Juan lo que habéis oído y visto. Los ciegos ven, los cojos andan, los leprosos son limpiados, los sordos oyen, los muertos resucitan». Juan había preguntado por medio de los discípulos: «¿Eres tú el que ha de venir, o esperamos a otro?». Cristo muestra las señales, no respondiendo a aquellas cosas que se le habían preguntado, sino al escándalo de los mensajeros: «Id», dice, «y decid a Juan las señales que discernís»: los ciegos viendo, y los cojos andando, y lo demás. Y lo que no es menor que esto, «A los pobres se les anuncia el Evangelio». O los pobres de espíritu, o ciertamente los pobres en riquezas, de modo que no haya distancia alguna en la predicación entre los nobles y los innobles, entre los ricos y los indigentes. Estos comprueban el rigor del maestro, estos la verdad del preceptor, cuando ante aquel que puede ser salvado todo el mundo es igual.

(Vers. 6.) Et beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Internuntios percutit, sicut in consequentibus demonstrabitur.

(Vers. 7.) Illis autem abeuntibus, coepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Si superior sententia contra Joannem prolata fuerat, ut plerique arbitrantur, in eo quod ait: Beatus est qui non fuerit scandalizatus in me, quomodo nunc Joannes tantis laudibus praedicatur? Sed quia turba circumstans interrogationis mysterium nesciebat, et putabat Joannem dubitare de Christo, quem ipse monstraverat digito, ut intelligerent Joannem non sibi interrogasse, sed discipulis suis: Quid, inquit, existis in desertum? Numquid ob hoc, ut hominem videretis calamo similem, qui omni vento circumfertur, et levitate mentis de eo ambigeret quem antea praedicarat? An forsitan stimulis contra me invidiae cogitur, et praedicatio ejus vanam sectatur gloriam, ut ex ea quaerat lucra? Cur divitias cupiat, ut affluat dapibus? Locustis vescitur, et melle silvestri. An ut mollibus vestiatur? Pili camelorum tegmen ejus sunt. Istius modi cibus et vestis carceris hospitio recipiuntur, et praedicatio veritatis tale habet habitaculum. Qui autem adulatores sunt, et sectantur lucra, et quaerunt divitias, et deliciis affluunt, et mollibus vestiuntur, isti in domibus regum sunt. Ex quo ostenditur rigidam vitam et austeram praedicationem, vitare debere aulas regum, et mollium hominum palatia declinare.

(Vers. 8.) Sed quid existis videre, prophetam? Etiam dico vobis, et plusquam prophetam. In eo Joannes prophetis caeteris major est, quod quem illi praedicaverant esse venturum, hic venisse digito demonstravit, dicens: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et quia ad privilegium prophetale etiam Baptistae accessit praemium, ut Dominum suum baptizaret, inde [Al. unde] infert meritorum αὔξησιν, faciens de Malachia testimonium, in quo etiam angelus praedicatur (Malach. II). Angelum autem hic dici Joannem non putemus naturae societate, sed officii dignitate, id est, nuntium, quod venturum Dominum nuntiarit.

(Vers. 6.) «Y bienaventurado el que no se escandalizare en mí». Hiere a los mensajeros, como se demostrará en lo que sigue.

(Vers. 7.) Yéndose ellos, comenzó Jesús a decir a las multitudes acerca de Juan: «¿Qué salisteis a ver al desierto? ¿Una caña sacudida por el viento? Mas ¿qué salisteis a ver? ¿A un hombre vestido de ropas delicadas? He aquí, los que se visten con delicadeza, en las casas de los reyes están». Si la sentencia anterior había sido proferida contra Juan, como muchos piensan, en aquello que dijo: «Bienaventurado es el que no se escandalizare en mí», ¿cómo es que ahora Juan es predicado con tan grandes alabanzas? Pero porque la multitud circundante no conocía el misterio de la pregunta, y pensaba que Juan dudaba acerca de Cristo, a quien él mismo había señalado con el dedo, para que entendieran que Juan no había preguntado por sí mismo, sino por sus discípulos, dijo: «¿A qué salisteis al desierto? ¿Acaso por esto, para que vierais a un hombre semejante a una caña, que es llevada por todo viento, y que dudaría por ligereza de mente acerca de aquel a quien antes había predicado? ¿O quizás se ve obligado por los aguijones de la envidia contra mí, y su predicación busca la gloria vana, para buscar ganancias de ella? ¿Por qué desearía riquezas, para abundar en banquetes? Se alimenta de langostas y miel silvestre. ¿O para que se vista de ropas delicadas? Los pelos de camello son su cobertura. Alimento y vestido de esta clase se reciben en la hospitalidad de una cárcel, y la predicación de la verdad tiene tal habitáculo. Pero los que son aduladores, y buscan ganancias, y procuran riquezas, y abundan en delicias, y visten de ropas delicadas, estos están en las casas de los reyes». Por lo cual se muestra que una vida rígida y una predicación austera deben evitar las cortes de los reyes y declinar los palacios de los hombres delicados.

(Vers. 8.) Mas ¿qué salisteis a ver, a un profeta? Sí, os digo, y más que profeta. En esto Juan es mayor que los demás profetas, en que a quien aquellos habían predicado que habría de venir, este lo demostró con el dedo que ya había venido, diciendo: «He aquí el Cordero de Dios, he aquí el que quita los pecados del mundo». Y porque al privilegio profético se añadió también el premio del Bautista, para que bautizara a su propio Señor, de ahí [Al. de donde] infiere un aumento (*αὔξησιν*) de méritos, haciendo testimonio de Malaquías, en quien también es predicado como ángel (Malach. II). Pero no pensemos que Juan es llamado ángel aquí por sociedad de naturaleza, sino por dignidad de oficio, esto es, nuncio, porque anunció al Señor que había de venir.

(Vers. 11.) Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Joanne Baptista. Inter natos, inquit, mulierum. His ergo praefertur hominibus, qui de mulieribus nati sunt, et de concubitu viri, et non ei qui est natus ex Virgine, et Spiritu sancto: quamquam in eo quod dixit: Non surrexit major inter natos mulierum Joanne Baptista, non caeteris prophetis et patriarchis, cunctisque hominibus Joannem praetulit, sed Joanni caeteros exaequavit. Non enim statim sequitur, ut si alii majores eo non sunt, ille major aliorum sit: verum ut aequalitatem cum caeteris sanctis habeat.

Qui autem minor est in regno coelorum, major est illo. Multi de Salvatore hoc intelligi volunt quod qui minor est tempore, major sit dignitate. Nos autem simpliciter intelligamus: quod omnis sanctus, qui jam cum Deo est, major sit illo qui adhuc consistit in praelio. Aliud est enim coronam victoriae possidere, aliud adhuc in acie dimicare. Quidam novissimum angelum in coelis Domino ministrantem meliorem volunt accipere quolibet primo homine, qui versetur in terris.

(Vers. 12.) A diebus autem Joannis Baptistae usque nunc regnum coelorum vim patitur, et violenti rapiunt illud. Si primus Joannes, ut supra diximus, poenitentiam populis nuntiavit, dicens: Poenitentiam agite; appropinquabit enim regnum coelorum: consequenter a diebus illius regnum coelorum vim patitur, et violenti diripiunt illud. Grandis enim est violentia, in terra nos esse generatos et coelorum sedem quaerere, possidere per virtutem, quod non tenuimus per naturam.

(Vers. 13.) Omnes enim prophetae et Lex usque ad Joannem prophetaverunt. Non quod post Joannem excludat Prophetas. Legimus enim in Actibus apostolorum (Act. XI, 21), et Agabum prophetasse, et quatuor virgines filias Philippi; sed quod Lex et prophetae quos scriptos legimus, quidquid prophetaverunt, de Domino vaticinati sunt. Quando ergo dicitur: Omnes Prophetae et Lex usque ad Joannem prophetaverunt, Christi tempus ostenditur, ut quem illi dixerunt esse venturum, Joannes venisse ostenderet.

(Vers. 14, 15.) Et si vultis recipere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Hoc quod dictum est: si vultis recipere, ipse est Elias, mysticum esse et egere intelligentia, sequens sermo Domini demonstrat, dicens: Qui habet aures audiendi, audiat. Si enim planus esset sensus, et manifesta sententia, quid necesse fuit nos ad illius intelligentiam praeparari?

(Vers. 11.) En verdad os digo, no ha surgido entre los nacidos de mujeres uno mayor que Juan el Bautista. Entre los nacidos, dice, de mujeres. Se le prefiere, por tanto, a estos hombres que han nacido de mujeres y del coito de varón, y no a aquel que nació de la Virgen y del Espíritu Santo: aunque en lo que dijo: «No ha surgido entre los nacidos de mujeres uno mayor que Juan el Bautista», no antepuso a Juan a los demás profetas y patriarcas y a todos los hombres, sino que igualó a los demás con Juan. Pues no se sigue inmediatamente que, si otros no son mayores que él, él sea mayor que los demás: sino que tenga igualdad con los demás santos.

Pero el que es menor en el reino de los cielos, es mayor que él. Muchos quieren que esto se entienda del Salvador, que quien es menor en tiempo es mayor en dignidad. Pero nosotros entendámoslo simplemente: que todo santo que ya está con Dios es mayor que aquel que todavía persiste en el combate. Pues una cosa es poseer la corona de la victoria, y otra todavía luchar en la línea de batalla. Algunos quieren tomar al último ángel que ministra al Señor en los cielos como mejor que cualquier primer hombre que se encuentre en la tierra.

(Vers. 12.) Desde los días de Juan el Bautista hasta ahora el reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo arrebatan. Si Juan primero, como dijimos arriba, anunció la penitencia a los pueblos, diciendo: «Haced penitencia; porque se acercará el reino de los cielos»: consecuentemente desde sus días el reino de los cielos padece violencia, y los violentos lo saquean. Pues es una gran violencia que nosotros hayamos sido engendrados en la tierra y busquemos el asiento de los cielos, y poseamos por virtud lo que no tuvimos por naturaleza.

(Vers. 13.) Pues todos los profetas y la Ley profetizaron hasta Juan. No es que excluya a los profetas después de Juan. Pues leemos en los Hechos de los apóstoles (Hech. XI, 21) que tanto Agabo profetizó, como las cuatro hijas vírgenes de Felipe; sino que la Ley y los profetas que leemos escritos, todo lo que profetizaron, lo vaticinaron acerca del Señor. Cuando por tanto se dice: «Todos los Profetas y la Ley profetizaron hasta Juan», se muestra el tiempo de Cristo, para que a quien ellos dijeron que habría de venir, Juan mostrase que ya había venido.

(Vers. 14, 15.) Y si queréis recibirlo, él es Elías el que ha de venir. El que tiene oídos para oír, oiga. Esto que se dijo: «si queréis recibirlo, él es Elías», el siguiente discurso del Señor demuestra que es místico y que necesita inteligencia, diciendo: «El que tiene oídos para oír, oiga». Pues si el sentido fuera llano y la sentencia manifiesta, ¿qué necesidad hubo de que fuéramos preparados para su inteligencia?

Elias ergo Joannes dicitur, non secundum stultos philosophos et quosdam haereticos, qui μετεμψύχωσιν introducunt: sed quod juxta aliud testimonium Evangelii venerit in spiritu et virtute Eliae, eamdem sancti Spiritus vel gratiam habuerit, vel mensuram. Sed et vitae austeritas rigorque mentis Eliae et Joannis pares sunt. Ille enim in eremo, iste in eremo: ille zona pellicea cingebatur, et iste simile habuit cingulum. Ille quoniam regem Achab et Jezabel impietatis arguit, fugere compulsus est (III Reg. XIX); iste quia Herodis et Herodiadis illicitas arguit nuptias, capite truncatur. Sunt qui propterea Joannem, Eliam vocari putant, quod quomodo in secundo Salvatoris adventu juxta Malachiam praecessurus est Elias, 71 et venturum judicem nuntiaturus: sic Joannes in primo adventu fecerit; et uterque sit nuntius vel primi adventus Domini, vel secundi.

(Vers. 16 seq.) Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coaequalibus suis dicunt: Cecinimus vobis, et non saltastis: lamentavimus vobis, et non planxistis. Venit enim Joannes, neque manducans, neque bibens, et dicunt: Daemonium habet. Venit Filius hominis, manducans et bibens, et dicunt: Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis. Pueris in foro sedentibus et clamantibus atque dicentibus ad coaequales suos: Cecinimus vobis, et non saltastis: lamentati sumus, et non planxistis, comparatur generatio Judaeorum, Scriptura dicente: Cui similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, et reliqua. Non ergo nobis tribuitur libera intelligentia, et allegoriae interpretatio passiva: sed quidquid dicturi sumus de pueris, ad similitudinem generationis est referendum. Pueri isti qui sedent in foro, hi sunt de quibus Isaias loquitur: Ecce ego et pueri mei, quos dedit mihi Deus (Isai. VIII, 18). Et in decimo octavo psalmo (Vers. 8): Testimonium Domini fidele, sapientiam praestans parvulis. Et alibi: Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem (Ps. VIII, 3). Isti ergo pueri sederunt in foro, sive ἐν ἀγορᾷ, quod significantius Graece dicitur, ubi multa venalia sunt. Et quia populus Judaeorum audire nolebat, non ei tantum locuti sunt, sed plenis faucibus inclamaverunt: Cecinimus vobis, et non saltastis; provocavimus ut ad nostrum canticum bona opera faceretis, et saltaretis ad nostram tibiam, sicut saltavit et David ante arcam Domini (II Reg. VI), et noluistis. Lamentati sumus, et vos ad poenitentiam provocavimus, et ne hoc quidem facere voluistis, spernentes utramque praedicationem, tam exhortationis ad virtutes, quam poenitentiae post peccata, Nec mirum si duplicem viam contempseritis salutis, cum et Dei [Al. tacet Dei] jejunium, et saturitatem pariter spreveritis. Si jejunium vobis placet, cur Joannes displicuit?

Elías, por tanto, es llamado Juan, no según los necios filósofos y ciertos herejes que introducen la metempsicosis (μετεμψύχωσιν): sino porque, según otro testimonio del Evangelio, vino en el espíritu y virtud de Elías, y tuvo la misma gracia o medida del Espíritu Santo. Pero también la austeridad de vida y el rigor de mente de Elías y de Juan son iguales. Aquel estaba en el desierto, este en el desierto; aquel se ceñía con una zona de cuero, y este tuvo un ceñidor semejante. Aquel, porque reprendió al rey Acab y a Jezabel por su impiedad, se vio obligado a huir (III Rey. XIX); este, porque reprendió las nupcias ilícitas de Herodes y Herodías, es degollado. Hay quienes piensan que por eso Juan es llamado Elías, porque así como en el segundo advenimiento del Salvador, según Malaquías, Elías ha de preceder y anunciar al Juez que vendrá, así lo hizo Juan en el primer advenimiento; y cada uno sea nuncio ya sea del primer advenimiento del Señor, o del segundo.

(Vers. 16 ss.) «¿Pero a qué estimaré semejante esta generación? Es semejante a los muchachos que se sientan en la plaza, los cuales clamando a sus coetáneos dicen: Os cantamos, y no bailasteis: os lamentamos, y no plañisteis. Porque vino Juan, que ni comía ni bebía, y dicen: Demonio tiene. Vino el Hijo del hombre, que come y bebe, y dicen: He aquí un hombre voraz y bebedor de vino, amigo de publicanos y de pecadores. Y la sabiduría es justificada por sus hijos». Con los muchachos que se sientan en la plaza y claman y dicen a sus coetáneos: «Os cantamos, y no bailasteis: nos lamentamos, y no plañisteis», se compara la generación de los judíos, diciendo la Escritura: «¿A qué estimaré semejante esta generación? Es semejante a los muchachos que se sientan en la plaza», y lo demás. No se nos atribuye, por tanto, una libre inteligencia e interpretación pasiva de la alegoría: sino que todo lo que hayamos de decir de los muchachos ha de referirse a la semejanza de la generación. Estos muchachos que se sientan en la plaza son aquellos de quienes habla Isaías: «He aquí yo y mis muchachos, que me dio Dios» (Isai. VIII, 18). Y en el salmo dieciocho (Vers. 8): «El testimonio del Señor es fiel, prestando sabiduría a los párvulos». Y en otro lugar: «De la boca de los infantes y de los que maman perfeccionaste la alabanza» (Salm. VIII, 3). Estos muchachos, por tanto, se sentaron en la plaza, o ἐν ἀγορᾷ, que se dice más significativamente en griego, donde hay muchas cosas en venta. Y porque el pueblo de los judíos no quería oír, no solo les hablaron, sino que clamaron a voz en cuello: «Os cantamos, y no bailasteis; os provocamos para que hicierais buenas obras a nuestro canto, y bailarais a nuestra flauta, como bailó también David ante el arca del Señor (II Rey. VI), y no quisisteis. Nos lamentamos, y os provocamos a la penitencia, y ni siquiera esto quisisteis hacer, despreciando ambas predicaciones, tanto la de exhortación a las virtudes como la de penitencia después de los pecados. Ni es maravilla si despreciasteis el doble camino de la salvación, cuando despreciasteis igualmente el ayuno y la saciedad. Si el ayuno os place, ¿por qué os disgustó Juan?

(Vers. 20.) Tunc coepit exprobrare civitatibus in quibus sunt factae plurimae virtutes ejus, quia non egissent poenitentiam. Exprobratio civitatum Chorozain, et Bethsaidae et Capharnaum, capituli hujus titulo panditur. Quod ideo exprobraverit eis, quia post factas virtutes et signa quamplurima, non egerint poenitentiam.

(Vers. 21, 22.) Vae tibi, Chorozain; vae tibi, Bethsaida: quia si in Tyro et Sidone factae essent virtutes quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis: Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii, quam vobis. Chorozain et Bethsaida, urbes Galilaeae, a Salvatore planguntur, quod post tanta signa atque virtutes non egerint poenitentiam, et praeferuntur eis Tyrus et Sidon, urbes idololatriae et vitiis deditae. Praeferuntur autem ideo, quod Tyrus et Sidon naturalem tantum legem calcaverint, istae vero post transgressionem naturalis Legis et scriptae, etiam signa quae apud eas facta sunt, parvi duxerint. Quaerimus ubi scriptum sit, quod in Chorozain et Bethsaida Dominus signa fecerit. Supra legimus: Et circuibat civitates omnes et vicos, curans omnem infirmitatem, et reliqua (Supra IV, 23). Inter caeteras ergo civitates et viculos, aestimandum est in Chorozain quoque et Bethsaida Dominum signa fecisse.

(Vers. 23.) Et tu, Capharnaum, numquid usque in coelum exaltaberis, usque in infernum descendens? In altero exemplari reperimus: Et tu, Capharnaum, quae usque in coelum exaltata es, usque ad inferna descendes. Et est duplex intelligentia. Vel ideo ad inferna descendes, quia contra praedicationem meam superbissime restitisti. Vel ideo, quia exaltata usque ad coelum meo hospitio, et meis signis atque virtutibus, tantum habens privilegium, majoribus plecteris suppliciis, quod his quoque credere noluisti.

(Vers. 23, 24.) Quia si in Sodomis [Al. Sydonis] factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, forte mansissent usque in hunc diem. Verumtamen dico vobis: quia terrae Sodomorum remissius erit in die judicii quam tibi. Quaerat prudens lector et dicat: si Tyrus et Sidon et Sodoma potuerunt agere poenitentiam ad praedicationem Salvatoris, signorumque miracula, non sunt in culpa quod non crediderunt: sed vitium silentii in eo est, qui acturis poenitentiam noluit praedicare. Ad quod facilis et aperta responsio est: ignorare nos judicia Dei, et singularum dispensationum ejus sacramenta nescire. Propositum fuerat Domino Judaeae fines non excedere, ne justam Pharisaeis et sacerdotibus occasionem persecutionis daret. Unde et apostolis ante passionem praecepit: In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis (Supra X, 5). Chorozain igitur et Bethsaida damnantur, quod praesenti Domino credere noluerunt. Tyrus et Sidon justificantur, quod apostolis illius crediderunt. Non quaeras tempora, cum credentium intuearis salutem.

(Vers. 20.) Entonces comenzó a reprochar a las ciudades en las que se habían hecho muchísimas de sus virtudes, porque no habían hecho penitencia. El reproche de las ciudades de Corozaín, y Betsaida y Cafarnaúm, se abre con el título de este capítulo. Que por eso les reprochó, porque después de hechas virtudes y muchísimas señales, no hicieron penitencia.

(Vers. 21, 22.) «¡Ay de ti, Corozaín! ¡ay de ti, Betsaida! porque si en Tiro y en Sidón se hubieran hecho las virtudes que se han hecho en vosotras, hace tiempo que en cilicio y ceniza habrían hecho penitencia. Pero os digo: a Tiro y a Sidón les será más remisible en el día del juicio que a vosotras». Corozaín y Betsaida, ciudades de Galilea, son deploradas por el Salvador porque después de tantas señales y virtudes no hicieron penitencia, y se les anteponen Tiro y Sidón, ciudades de idolatría y dadas a los vicios. Pero se les anteponen por esto, porque Tiro y Sidón solo pisotearon la ley natural, pero estas, después de la trasgresión de la Ley natural y de la escrita, también tuvieron en poco las señales que se hicieron en ellas. Preguntamos dónde está escrito que en Corozaín y en Betsaida el Señor hiciera señales. Arriba leímos: «Y recorría todas las ciudades y aldeas, curando toda enfermedad», y lo demás (Arriba IV, 23). Entre las demás ciudades y aldeas, por tanto, ha de estimarse que el Señor hizo señales también en Corozaín y en Betsaida.

(Vers. 23.) «Y tú, Cafarnaúm, ¿acaso serás exaltada hasta el cielo? hasta el infierno descenderás». En otro ejemplar encontramos: «Y tú, Cafarnaúm, que hasta el cielo has sido exaltada, hasta los infiernos descenderás». Y hay una doble inteligencia. O bien descenderás a los infiernos por esto, porque contra mi predicación te resististe soberbiamente. O bien por esto, porque exaltada hasta el cielo por mi hospedaje, y por mis señales y virtudes, teniendo tan gran privilegio, serás castigada con mayores suplicios, porque tampoco a estos quisiste creer.

(Vers. 43.) «Cuando el espíritu inmundo ha salido del hombre, anda por lugares secos, buscando reposo, y no lo halla. Entonces dice». Algunos piensan que este lugar se dice de los herejes, porque el espíritu inmundo, que antes había habitado en ellos cuando eran gentiles, es echado fuera a la confesión de la verdadera fe: pero después, cuando se han trasladado a la herejía y han adornado su casa con virtudes simuladas, entonces, unidos otros siete espíritus más malvados, vuelve el diablo a ellos y habita en ellos: y vienen a ser las postrimerías de aquellos hombres peores que las primeras. Pues en mucha peor condición están los herejes que los gentiles: porque en aquellos hay esperanza de fe, y en estos lucha de discordia. Aunque esta inteligencia presente un cierto aplauso y color de doctrina, no sé si tiene verdad. Pues por el hecho de que terminada o la parábola, o el ejemplo, se sigue: «Así será también a esta generación pésima»: nos vemos compelidos a referir la parábola no a los herejes y a cualesquiera hombres, sino al pueblo de los judíos, para que el contexto del lugar no fluctúe pasivo y vago en diverso sentido, y se turbe al modo de los insipientes; sino que adhiriéndose a sí mismo, responda o a lo anterior, o a lo posterior. El espíritu inmundo salió de los judíos cuando recibieron la Ley, y anduvo por lugares secos, buscándose reposo. Expulsado, a saber, de los judíos, anduvo por las soledades de las naciones: las cuales habiendo creído después en el Señor, él, no hallado lugar en las naciones, dijo:

(Vers. 44.) Revertar in domum meam, unde exivi. Hoc est, abibo ad Judaeos, quos ante dimiseram.

(Vers. 45.) Et veniens, invenit vacantem, scopis mundatam, et ornatam. Tunc vadit et assumit septem alios spiritus secum nequiores se, et intrantes, habitant ibi: et fiunt novissima hominis illius pejora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimae. Vacabat enim templum Judaeorum, et Christum hospitem non habebat, dicentem: Surgite, et abeamus hinc (Joan. XIV, 31). Et in alio loco: Dimittetur vobis domus vestra deserta (Luc. XIII, 35). Quia igitur et Dei et angelorum praesidia non habebant, et ornati erant superfluis observationibus Legis, et traditionibus Pharisaeorum, revertitur diabolus ad sedem suam pristinam: et septenario sibi numero daemonum addito, habitat pristinam domum, et fiunt illius populi novissima pejora prioribus. Multo enim nunc majori daemonum numero possidentur, blasphemantes in synagogis suis Christum Jesum, quam in Aegypto possessi fuerant ante Legis notitiam: quia aliud est venturum non credere, aliud eum non suscepisse qui venerit. Septenarium autem numerum adjunctum diabolo, vel propter sabbatum intellige, vel propter numerum Spiritus sancti: ut quomodo in Isaia super virgam de radice Jesse, et florem qui de radice conscendit, septem spiritus virtutum descendisse narrantur (Isa. XI); ita econtrario vitiorum numerus in diabolo consecratus sit.

(Vers. 46 seqq.) Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam: Ecce mater tua, et fratres tui foris stant quaerentes te. At ipse respondens dicenti sibi, ait: Quae est mater mea, et qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit. Occupatus erat Dominus in opere sermonis, in doctrina populorum, in officio praedicandi, mater et fratres veniunt, et foris stant, et ei desiderant loqui. Tunc quidam nuntiat Salvatori, quod mater sua et fratres stent foris, quaerentes eum. Videt mihi iste qui nuntiat, non fortuito et simpliciter nuntiare: sed insidias tendere Salvatori, utrum spirituali operi carnem et sanguinem praeferat. Unde et Dominus, non quod negaret matrem et fratres, exire contempsit; sed quod responderet insidianti, extendens manum in discipulos, ait:

(Vers. 44.) «Volveré a mi casa, de donde salí». Esto es, me iré a los judíos, a quienes antes había dejado.

(Vers. 45.) «Y viniendo, la halla vacante, barrida con escobas, y adornada. Entonces va y toma consigo otros siete espíritus más inicuos que él, y entrando, habitan allí: y vienen a ser las postrimerías de aquel hombre peores que las primeras." Así será también a esta generación pésima». Pues vacaba el templo de los judíos, y no tenía a Cristo por huésped, que dice: «Levantaos, y vámonos de aquí» (Juan XIV, 31). Y en otro lugar: «Se os dejará vuestra casa desierta» (Luc. XIII, 35). Porque, por tanto, no tenían los auxilios de Dios y de los ángeles, y estaban adornados con superfluas observaciones de la Ley, y tradiciones de los fariseos, vuelve el diablo a su sede prístina: y añadido a sí el número septenario de los demonios, habita la casa prístina, y vienen a ser las postrimerías de aquel pueblo peores que las primeras. Pues por mucho mayor número de demonios son poseídos ahora, blasfemando en sus sinagogas de Cristo Jesús, de lo que habían sido poseídos en Egipto antes de la noticia de la Ley: porque una cosa es no creer en el que ha de venir, otra no haber recibido al que vino. Entiende además el número septenario unido al diablo, o bien por el sábado, o bien por el número del Espíritu Santo: para que así como en Isaías sobre la vara de la raíz de Jesé, y la flor que subió de la raíz, se narran haber descendido siete espíritus de virtudes (Isai. XI); así al contrario el número de los vicios esté consagrado en el diablo.

(Vers. 46 ss.) «Estando él aún hablando a las multitudes, he aquí su madre y sus hermanos estaban fuera buscando hablarle». Y le dijo uno: «He aquí tu madre y tus hermanos están fuera buscándote». Pero él respondiendo al que se lo decía, dijo: «¿Quién es mi madre, y quiénes son mis hermanos?» Y extendiendo la mano hacia sus discípulos, dijo. Ocupado estaba el Señor en la obra del sermón, en la doctrina de los pueblos, en el oficio de predicar; la madre y los hermanos vienen, y están fuera, y desean hablarle. Entonces uno anuncia al Salvador que su madre y sus hermanos están fuera, buscándole. Me parece que este que lo anuncia, no lo anuncia por azar y simplemente: sino que tiende insidias al Salvador, sobre si prefiere la carne y la sangre a la obra espiritual. Por lo cual también el Señor, no porque negara a su madre y a sus hermanos, desdeñó salir; sino para responder al que le ponía insidias, extendiendo la mano hacia los discípulos, dijo:

(Vers. 49, 50.) Ecce mater mea, et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est. Isti sunt mater mea, qui me quotidie in credentium animis generant. Isti sunt fratres mei, qui faciunt opera Patris mei. Non ergo juxta Marcionem et Manichaeum matrem negavit, ut natus de phantasmate putaretur; sed apostolos cognationi praetulit, ut et nos in comparatione dilectionis carni spiritum praeferamus. Ecce mater tua, et fratres tui foris stant, quaerentes te. Quidam fratres Domini de alia uxore Joseph filios suspicantur, sequentes deliramenta apocryphorum, et quamdam Melcham vel Escham mulierculam confingentes. Nos autem sicut in libro, quem contra Helvidium scripsimus, continetur, fratres Domini, non filios Joseph, sed consobrinos Salvatoris, Mariae liberos intelligimus materterae Domini quae esse dicitur mater Jacobi Minoris et Joseph et Judae, quos in alio Evangelii loco fratres Domini legimus appellatos. Fratres autem consobrinos dici, omnis Scriptura demonstrat. Dicamus et aliter: Salvator loquitur ad turbas, intrinsecus erudit nationes. Mater ejus et fratres, hoc est, synagoga et populus Judaeorum foris stant, et intrare desiderant, et sermone ejus indigni fiunt. Cumque rogaverint, et quaesierint, et nuntium miserint, responsum accipient [Al. accipiunt], liberi eos esse arbitrii, et intrare posse, si velint et ipsi credere: qui tamen intrare non poterunt [Al. potuerunt], nisi alios rogaverint.

87 (Cap. XIII.---Vers. 1.) In illo die exiens Jesus de domo, sedebat secus mare. Et congregatae sunt ad eum turbae multae: ita ut in naviculam ascendens sederet, et omnis turba stabat in littore. Populus domum Jesu non poterat intrare, nec esse ibi ubi apostoli audiebant mysteria: idcirco miserator et misericors Dominus egreditur de domo sua, et sedet [Al. sedit] juxta hujus saeculi mare, ut turbae multae congregentur ad eum, et audiant in littore quae intus non merebantur audire, ita ut in naviculam ascendens sederet, et omnis turba staret in littore. Jesus in mediis fluctibus est, hinc inde mari tunditur, et in sua majestate securus, appropinquare facit terrae naviculam suam. At populus nequaquam periculum sustinens, nec tentationibus circumdatus, quas ferre non poterat, stat in littore fixo gradu, ut audiat quae dicuntur.

(Vers. 49, 50.) «He aquí mi madre, y mis hermanos. Porque cualquiera que hiciere la voluntad de mi Padre, que está en los cielos, ese es mi hermano, y hermana, y madre». Estos son mi madre, los que diariamente me engendran en las almas de los creyentes. Estos son mis hermanos, los que hacen las obras de mi Padre. No negó, pues, a su madre según Marción y Maniqueo, para que se pensara que había nacido de un fantasma; sino que antepuso los apóstoles al parentesco, para que también nosotros en la comparación del amor antepongamos el espíritu a la carne. «He aquí tu madre y tus hermanos están fuera, buscándote». Algunos sospechan que los hermanos del Señor son hijos de José de otra esposa, siguiendo los delirios de los apócrifos, y fingiendo a una cierta mujercilla Melcha o Escha. Nosotros, sin embargo, como se contiene en el libro que escribimos contra Helvidio, entendemos que los hermanos del Señor no son hijos de José, sino primos del Salvador, hijos de María, tía materna del Señor, la cual se dice ser madre de Santiago el Menor y de José y de Judas, a quienes en otro lugar del Evangelio leemos llamados hermanos del Señor. Pues que los primos sean llamados hermanos, toda la Escritura lo demuestra. Digamos también de otro modo: El Salvador habla a las multitudes, instruye por dentro a las naciones. Su madre y sus hermanos, esto es, la sinagoga y el pueblo de los judíos, están fuera, y desean entrar, y se hacen indignos de su sermón. Y cuando hayan rogado, y buscado, y enviado un mensajero, recibirán la respuesta de que son de libre albedrío, y que pueden entrar si ellos mismos también quieren creer: los cuales, sin embargo, no podrán entrar a no ser que hayan rogado a otros.

87 (Cap. XIII.—Vers. 1.) En aquel día, saliendo Jesús de casa, se sentaba junto al mar. Y se congregaron junto a él muchas multitudes: de modo que subiendo a una barquilla se sentó, y toda la multitud estaba en la orilla. El pueblo no podía entrar en la casa de Jesús, ni estar allí donde los apóstoles oían los misterios: por eso el compasivo y misericordioso Señor sale de su casa, y se sienta junto al mar de este siglo, para que muchas multitudes se congreguen junto a él, y oigan en la orilla lo que dentro no merecían oír, de modo que subiendo a una barquilla se sentó, y toda la multitud estaba en la orilla. Jesús está en medio de las olas, de una y otra parte es golpeado por el mar, y seguro en su majestad, hace acercarse a tierra su barquilla. Pero el pueblo, no sosteniendo de ningún modo el peligro, ni rodeado de tentaciones que no podía llevar, está en la orilla con paso fijo, para oír lo que se dice.

(Vers. 3.) Et locutus est eis multa in parabolis, dicens. Turba non unius sententiae est, sed diversarum in singulis voluntatum. Unde loquitur ad eam in multis parabolis, ut juxta varias voluntates, diversas reciperent disciplinas. Et notandum quod non omnia locutus sit eis in parabolis; sed multa. Si enim dixisset omnia in parabolis, absque emolumento populi recessissent. Perspicua miscet obscuris, ut per ea quae intelligunt, provocentur ad eorum notitiam quae non intelligunt.

(Vers. 4.) Ecce exiit qui seminat, seminare. Et dum seminat. Intus erat, domi versabatur, loquebatur discipulis sacramenta. Exivit ergo de domo sua qui seminat verbum Dei, ut seminaret in turbis. Significatur autem sator iste qui seminat, esse Filius Dei, et Patris in populis seminare sermonem. Et simul observa hanc esse primam parabolam, quae cum interpretatione sua posita sit. Et cavendum est ubicumque Dominus exponit sermones suos, et rogatus a discipulis intrinsecus disserit, ne vel aliud, nec plus quid vel minus velimus intelligere, quam ab eo expositum est.

(Vers. 5 seqq.) Quaedam ceciderunt secus viam: et venerunt volucres coeli, et comederunt ea: Alia autem ceciderunt in petrosa [Al. petrosis], ubi non habebant terram multam: et continuo exorta sunt, quia non habebant altitudinem terrae. Sole autem orto, aestuaverunt: et quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: et creverunt spinae, et suffocaverunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam, et dabant fructum: aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimum. Hanc parabolam ad comprobandam haeresim suam Valentinus assumit, tres introducens naturas: spiritualem, naturalem vel animalem, atque terrenam; cum hic quatuor sint: una, juxta viam: alia petrosa, tertia plena spinis: quarta terrae bonae. Differimus parumper interpretationem ejus cum discipulis, volentes secrete audire quod dicitur.

(Vers. 9.) Qui habet aures audiendi audiat. Provocamur ad dictorum intelligentiam, quoties his sermonibus commonemur [Al. commovemur].

(Vers. 10, 11.) Et accedentes discipuli, dixerunt ei: Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis: Quia vobis datum est nosse mysteria regni coelorum: illis autem non est datum. Quaerendum est quomodo accedant ad eum discipuli, cum Jesus in navi sedeat; nisi forte intelligi datur, quod dudum cum ipso navem conscenderint, et ibi stantes super interpretatione parabolae sciscitati sint.

(Vers. 3.) «Y les habló muchas cosas en parábolas, diciendo». La multitud no es de una sola opinión, sino de diversas voluntades en cada uno. Por lo cual les habla en muchas parábolas, para que según las varias voluntades, recibieran diversas disciplinas. Y hay que notar que no todas las cosas les habló en parábolas; sino muchas. Pues si hubiera dicho todas en parábolas, se habrían retirado sin provecho del pueblo. Mezcla cosas claras con oscuras, para que por aquellas que entienden, se vean provocados a la noticia de aquellas que no entienden.

(Vers. 4.) «He aquí salió el que siembra, a sembrar. Y mientras siembra». Dentro estaba, en casa andaba, hablaba a los discípulos los misterios. Salió, pues, de su casa el que siembra la palabra de Dios, para sembrar entre las multitudes. Se significa además que este sembrador que siembra es el Hijo de Dios, y que siembra el sermón del Padre entre los pueblos. Y al mismo tiempo observa que esta es la primera parábola que ha sido puesta con su interpretación. Y hay que cuidar dondequiera que el Señor expone sus sermones, y rogado por los discípulos los diserta por dentro, de no querer entender ni otra cosa, ni más ni menos de lo que ha sido expuesto por él.

(Vers. 5 ss.) «Parte cayó junto al camino: y vinieron las aves del cielo, y las comieron: Parte, empero, cayó en pedregales, donde no tenían mucha tierra: y brotaron al punto, porque no tenían profundidad de tierra». «Mas salido el sol, se quemaron: y porque no tenían raíz, se secaron». «Parte cayó entre espinas: y crecieron las espinas, y las ahogaron». «Parte cayó en buena tierra, y daban fruto: cuál a ciento, cuál a sesenta, cuál a treinta». Esta parábola la asume Valentín para comprobar su herejía, introduciendo tres naturalezas: la espiritual, la natural o animal, y la terrena; habiendo aquí cuatro: una, junto al camino: otra pedregosa, la tercera llena de espinas: la cuarta de tierra buena. Diferimos un poco la interpretación de ella con los discípulos, queriendo oír en secreto lo que se dice.

(Vers. 9.) «El que tiene oídos para oír, oiga». Se nos provoca a la inteligencia de lo dicho, cuantas veces somos conmonestados [Al. movidos] por estos sermones.

(Vers. 10, 11.) «Y llegándose los discípulos, le dijeron: ¿Por qué les hablas en parábolas? El cual respondiendo, les dijo: Porque a vosotros os es dado conocer los misterios del reino de los cielos; mas a ellos no les es dado». Hay que preguntar cómo se acercan a él los discípulos, estando Jesús sentado en la nave; a no ser que tal vez se dé a entender que hace poco subieron con él a la nave, y estando allí preguntaron sobre la interpretación de la parábola.

(Vers. 12.) Qui enim habet, dabitur ei, et abundabit: qui autem non habet, et quod habet, auferetur ab eo. Non in aequalitate judicii habentibus additur, et non habentibus id quod habere videntur, aufertur: sed quod apostolis in Christo habentibus fidem, etiamsi quid minus virtutum habeant, conceditur: Judaeis autem, qui non crediderunt in Filium Dei, etiamsi quid per naturae bonum possident, tollitur. Neque enim possunt aliquid sapienter intelligere, qui caput non habent sapientiae.

(Vers. 13, 14.) Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes, non vident: et audientes, non audiunt, neque intelligunt: ut adimpleatur in eis prophetia Isaiae dicentis: Auditu audietis, et non intelligetis; et videntes videbitis, et non videbitis. Haec de his loquitur qui stant in littore, et dividuntur ab Jesu, et sonitu fluctuum perstrepente, non audiunt ad liquidum quae dicuntur: impleturque in eis prophetia Isaiae: Auditu audietis, et non intelligetis: et videntes videbitis, et non videbitis (Isai. VI, 9). Haec de turbis prophetata sunt, quae stant in littore, et Dei non merentur audire sermonem. Accedamus ergo et nos cum discipulis ad Jesum, et rogemus eum dissertionem parabolae, ne cum turbis frustra aures et oculos habere videamur.

(Vers. 15.) Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt. Reddit causas quare videntes non videant, et audientes non audiant: quia incrassatum est, inquit, cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt: Ac ne forte arbitremur crassitudinem cordis et gravitatem aurium naturae esse, non voluntatis, subjungit culpam arbitrii, et dicit: Et oculos suos clauserunt: nequando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos. In parabolis ergo audiunt et in aenigmate, qui, clausis oculis, nolunt cernere veritatem.

(Vers. 16). Vestri autem beati oculi, quia vident: et aures vestroe, quia audiunt. Nisi supra legissemus auditores ad intelligentiam provocatos, Salvatore dicente: Qui habet aures audiendi, audiat, putaremus nunc oculos et aures quae beatitudinem accipiunt, carnis [Al. corporales] intelligi. Sed mihi videntur illi beati oculi, qui possunt Christi cognoscere sacramenta, et quos levari Jesus in sublime praecepit, ut candentes segetes aspiciant (Joan. IV, 9); et illae aures beatae, de quibus Isaias loquitur: Dominus apposuit mihi auriculam (Isai. L, 5).

(Vers. 12.) «Porque al que tiene, se le dará, y abundará; pero al que no tiene, aun lo que tiene se le quitará». No se añade en igualdad de juicio a los que tienen, y se quita a los que no tienen lo que parecen tener: sino que a los apóstoles que tienen fe en Cristo, aunque tengan algo menos de virtudes, se les concede; mas a los judíos, que no creyeron en el Hijo de Dios, aunque posean algo por el bien de la naturaleza, se les quita. Pues no pueden entender nada sabiamente los que no tienen la cabeza de la sabiduría.

(Vers. 13, 14.) «Por eso les hablo en parábolas: porque viendo no ven, y oyendo no oyen, ni entienden: para que se cumpla en ellos la profecía de Isaías que dice: De oído oiréis, y no entenderéis; y viendo veréis, y no veréis». Esto dice de aquellos que están en la orilla, y se dividen de Jesús, y resonando el estrépito de las olas, no oyen con claridad lo que se dice; y se cumple en ellos la profecía de Isaías: «De oído oiréis, y no entenderéis; y viendo veréis, y no veréis» (Isai. VI, 9). Esto fue profetizado de las multitudes que están en la orilla, y no merecen oír el sermón de Dios. Acerquémonos, pues, también nosotros con los discípulos a Jesús, y roguémosle la disertación de la parábola, no sea que con las multitudes parezcamos tener oídos y ojos en vano.

(Vers. 15.) «Porque se ha engrosado el corazón de este pueblo, y con los oídos oyeron pesadamente». Da las causas de por qué viendo no ven, y oyendo no oyen: porque se ha engrosado, dice, el corazón de este pueblo, y con sus oídos oyeron pesadamente. Y para que tal vez no juzguemos que la rudeza del corazón y la pesadez de los oídos es de naturaleza, no de voluntad, añade la culpa del albedrío, y dice: «Y sus ojos cerraron: para que nunca vean con los ojos, y oigan con los oídos, y entiendan con el corazón, y se conviertan, y yo los sane». En parábolas, pues, oyen y en enigma los que, cerrados los ojos, no quieren divisar la verdad.

(Vers. 16). «Mas vuestros ojos bienaventurados, porque ven; y vuestros oídos, porque oyen». Si antes no hubiéramos leído que los oyentes eran provocados a la inteligencia, diciendo el Salvador: «El que tiene oídos para oír, oiga», pensaríamos ahora que se entiende que los ojos y oídos que reciben la bienaventuranza son de la carne [Al. corporales]. Pero a mí me parecen bienaventurados aquellos ojos que pueden conocer los misterios de Cristo, y a los cuales Jesús mandó levantar a lo alto para que miraran las mieses blancas (Juan IV, 35); y aquellas oídas bienaventuradas, de las cuales habla Isaías: «El Señor me puso el oído» (Isai. L, 5).

(Vers. 17, 18.) Amen quippe dico vobis, quia multi prophetae et justi cupierunt videre quae videtis, et non viderunt: et audire quae auditis, et non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Videtur huic loco illud esse contrarium quod alibi dicitur: Abraham cupivit diem meum videre, et vidit, et laetatus est (Joan. VIII, 56). Non autem dixit, omnes prophetae et justi cupierunt videre quae videtis, sed multi. Inter multos potest fieri, ut alii viderint, alii non viderint: licet et in hoc periculosa sit interpretatio, ut inter sanctorum merita, discretionem quamlibet facere videamur. Ergo Abraham vidit in aenigmate, non vidit in specie: vos autem in praesentia eum tenetis, et habetis Dominum vestrum, et ad voluntatem interrogatis, et convescimini ei.

(Vers. 19.) Omnis qui audit verbum regni, et non intelligit. Hoc praemittens hortatur nos, ut quae dicuntur, diligentius audiamus.

(Vers. 20, 21.) Venit malus et rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem, sed est temporalis. Malus bonum semen rapit. Et simul intellige quod in corde fuerit seminatum, et diversitas terrae animae sint credentium. Facta autem tribulatione et persecutione, propter verbum continuo scandalizatur. Attende quod dictum sit, continuo scandalizatur. Est ergo aliqua distantia inter eum qui multis tribulationibus poenisque compellitur Christum negare, et eum qui ad primam persecutionem statim scandalizatur, et corruit.

(Vers. 22.) Qui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum audit, et sollicitudo soeculi istius et fallacia divitiarum suffocat verbum, et sine fructu efficitur. Mihi videntur et illud quod juxta litteram ad Adam dicitur: Inter spinas et tribulos panem tuum manducabis (Gen. III, 18), hoc significare mystice, quod quicumque dederit se saeculi voluptatibus curisque istius mundi, panem coelestem et cibum verum inter spinas comedat. Et eleganter adjunxit: fallacia divitiarum suffocat verbum. Blandae enim sunt divitiae, et aliud agentes, et aliud pollicentes. Lubrica est earum possessio, dum huc illucque circumferuntur, et instabili gradu vel habentes deserunt, vel non habentes referciunt. Unde et Dominus divites asserit difficulter intrare in regnum coelorum, suffocantibus divitiis verbum Dei, et rigorem virtutum emollientibus.

(Vers. 23.) Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est qui audit verbum, et intelligit, et fructum facit: et aliud quidem centesimum, aliud sexagesimum, aliud vero tricesimum. Sicut in terra mala tres fuere diversitates: secus viam, et petrosa, et spinosa loca: sic in terra bona trina diversitas est: centesimi, sexagesimi et tricesimi fructus. And in illa autem et in ista non mutatur substantia, sed voluntas: et tam incredulorum, quam credentium corda sunt quae semen recipiunt.

(Vers. 17, 18.) «En verdad os digo, que muchos profetas y justos desearon ver lo que vosotros veis, y no lo vieron; y oír lo que oís, y no lo oyeron. Vosotros, pues, oíd la parábola del que siembra». Parece ser contrario a este lugar lo que en otra parte se dice: «Abraham deseó ver mi día, y lo vio, y se gozó» (Juan VIII, 56). Mas no dijo que todos los profetas y justos desearon ver lo que vosotros veis, sino muchos. Entre muchos puede suceder que unos vieran, otros no vieran: aunque también en esto sea peligrosa la interpretación, de modo que entre los méritos de los santos parezcamos hacer cualquier discreción. Por tanto, Abraham vio en enigma, no vio en especie: mas vosotros lo tenéis en presencia, y tenéis a vuestro Señor, y preguntáis a vuestro arbitrio, y coméis con él.

(Vers. 19.) «Todo el que oye la palabra del reino, y no la entiende». Premitiendo esto nos exhorta a que oigamos más diligentemente lo que se dice.

(Vers. 20, 21.) «Viene el malo y arrebata lo que fue sembrado en su corazón: este es el que fue sembrado junto al camino». «Mas el que fue sembrado sobre pedregales, este es el que oye la palabra, y al punto con gozo la recibe, mas no tiene en sí raíz, sino que es temporal». El malo arrebata la buena semilla. Y al mismo tiempo entiende que fue sembrada en el corazón, y la diversidad de la tierra son las almas de los creyentes. «Mas hecha tribulación y persecución por causa de la palabra, al punto se escandaliza». Atiende a lo que se dijo, al punto se escandaliza. Hay, pues, alguna distancia entre el que por muchas tribulaciones y penas es compelido a negar a Cristo, y el que a la primera persecución al punto se escandaliza, y cae.

(Vers. 22.) «Mas el que fue sembrado en espinas, este es el que oye la palabra, y la solicitud de este siglo y la falacia de las riquezas ahogan la palabra, y se hace sin fruto». A mí me parece que también aquello que según la letra se dice a Adán: «Entre espinas y abrojos comerás tu pan» (Gén. III, 18), significa esto místicamente, que cualquiera que se entregare a los placeres del siglo y a los cuidados de este mundo, coma el pan celestial y el alimento verdadero entre espinas. Y elegantemente añadió: «la falacia de las riquezas ahoga la palabra». Pues halagüeñas son las riquezas, y haciendo una cosa, y prometiendo otra. Lubricante es su posesión, mientras son llevadas de aquí para allá, y con paso inestable o desamparan a los que las tienen, o rellenan a los que no las tienen. Por lo cual también el Señor afirma que los ricos difícilmente entran en el reino de los cielos, ahogando las riquezas la palabra de Dios, y ablandando el rigor de las virtudes.

(Vers. 23.) «Mas el que fue sembrado en buena tierra, este es el que oye la palabra, y entiende, y hace fruto: y da uno a ciento, otro a sesenta, y otro a treinta». Así como en la tierra mala hubo tres diversidades: junto al camino, y pedregales, y lugares espinosos: así en la tierra buena hay triple diversidad: de frutos centésimo, sexagésimo y trigésimo. Y en aquella y en esta no se muda la sustancia, sino la voluntad: y tanto los corazones de los incrédulos como de los creyentes son los que reciben la semilla.

Venit, inquit, malus, et rapit quod seminatum est in corde ejus; et secundo ac tertio, hic est, ait, qui verbum audit. In expositione quoque terrae bonae, iste est, qui audit verbum. Primum ergo debemus audire, deinde intelligere, et post intelligentiam fructus reddere doctrinarum, et facere vel centesimum fructum, vel sexagesimum, vel tricesimum, de quibus plenius in libro contra Jovinianum diximus, et nunc breviter perstringimus: Centesimum fructum virginibus, sexagesimum viduis et continentibus, tricesimum casto matrimonio deputantes. Honorabiles enim nuptiae, et cubile immaculatum (Heb. XXXI, 3, 4). Quidam nostrorum centesimum fructum ad martyres referunt: quod si ita est, sancta consortia nuptiarum excluduntur a fructu bono.

(Vers. 24 seqq.) Aliam parabolam proposuit illis, dicens: Simile est regnum coelorum homini qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania in medio tritici, et abiit. Cum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patrisfamilias, dixerunt ei: Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus, et colligimus ea? Et ait: Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primum zizania, et alligate ea in fasciculos ad comburendum; triticum autem congregate in horreum meum. Haec secunda parabola est cum interpretatione sua non statim posita, sed interjectis aliis parabolis edisserta. Hic enim proponitur, et postea dimissis turbis venitur domum et accedunt ad eum discipuli ejus rogantes: Dissere nobis parabolam zizaniorum agri, et reliqua. Non ergo debemus praepropero intelligendi desiderio ante ejus notitiam quaerere, quam a Domino disseratur.

(Vers. 31.) Aliam parabolam proposuit eis, dicens: Sedebat Dominus in navi, et turba 92 stabat in littore: illi procul, discipuli vicinius audiebant: proponit eis et aliam parabolam, quasi dives paterfamilias invitatos diversis reficiens cibis, ut unusquisque secundum naturam stomachi sui varia alimenta susciperet. Unde et in priori parabola non dixit alteram, sed aliam. Si enim praemisisset alteram, exspectare tertiam non poteramus, praemisit aliam, ut plures sequantur.

(Vers. 32.) Simile est regnum coelorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo, quod minimum quidem est omnibus seminibus. Cum autem creverit, majus est omnibus oleribus, et fit arbor: ita ut volucres coeli veniant et habitent in ramis ejus. Non sit molestum lectori, si totas parabolas proponimus. Quae enim obscura sunt, plenius disserenda sunt, ne brevitate nimia involvantur magis sensus, quam exponantur.

«Viene», dice, «el malo, y arrebata lo que fue sembrado en su corazón»; y por segunda y tercera vez, «este es», dice, «el que oye la palabra». También en la exposición de la tierra buena, «este es» el que oye la palabra. Primero, pues, debemos oír, después entender, y tras el entendimiento dar el fruto de las doctrinas, y hacer o el fruto centésimo, o el sexagésimo, o el trigésimo, de los cuales más plenamente hemos hablado en el libro contra Joviniano, y ahora brevemente tocamos: diputando el fruto centésimo a las vírgenes, el sexagésimo a las viudas y continentes, el trigésimo al matrimonio casto. Pues honrosas son las nupcias, y el lecho inmaculado (Heb. XIII, 4). Algunos de los nuestros refieren el fruto centésimo a los mártires: lo cual si es así, los santos consorcios de los matrimonios quedan excluidos del buen fruto.

(Vers. 24 y ss.) Otra parábola les propuso, diciendo: El reino de los cielos es semejante a un hombre que sembró buena semilla en su campo. Pero mientras dormían los hombres, vino su enemigo y sobresembró cizaña (*zizania*) en medio del trigo, y se fue. Y cuando la hierba creció y dio fruto, entonces apareció también la cizaña. Y acercándose los siervos del padre de familia, le dijeron: Señor, ¿no sembraste buena semilla en tu campo? ¿De dónde, pues, tiene cizaña? Y él les dijo: Un enemigo hizo esto. Y los siervos le dijeron: ¿Quieres que vayamos y la recojamos? Y él dijo: No, no sea que al recoger la cizaña, arranquéis también con ella el trigo. Dejad crecer ambos hasta la cosecha, y en el tiempo de la cosecha diré a los segadores: Recoged primero la cizaña y atadla en manojos para quemarla; pero el trigo reunidlo en mi granero. Esta es la segunda parábola, cuya interpretación no se puso inmediatamente, sino que se expuso intercalando otras parábolas. Pues aquí se propone, y después, despedidas las turbas, viene a casa y se le acercan sus discípulos rogando: Explícanos (*dissere*) la parábola de la cizaña del campo, y lo demás. No debemos, pues, con demasiado apresurado deseo de entender, buscar su conocimiento antes de que sea explicada por el Señor.

(Vers. 31.) Otra parábola les propuso, diciendo: Estaba el Señor sentado en la barca, y la turba estaba en la orilla: aquellos oían de lejos, los discípulos de más cerca: les propone también otra parábola, como un rico padre de familia que recrea a los invitados con diversos manjares, para que cada uno recibiera varios alimentos según la naturaleza de su estómago. De donde también en la parábola anterior no dijo «la otra» (*alteram*), sino «otra» (*aliam*). Pues si hubiera antepuesto «la otra», no podríamos esperar una tercera; antepuso «otra», para que sigan más.

(Vers. 32.) El reino de los cielos es semejante al grano de mostaza, que tomándolo un hombre lo sembró en su campo, el cual es ciertamente la más pequeña de todas las semillas. Pero cuando ha crecido, es la mayor de todas las hortalizas, y se hace árbol: de modo que las aves del cielo vienen y habitan en sus ramas. No sea molesto al lector si proponemos las parábolas enteras. Pues las cosas que son oscuras deben ser expuestas más plenamente, no sea que por demasiada brevedad los sentidos se enreden más de lo que se explican.

Regnum coelorum, praedicatio Evangelii est, et notitia Scripturarum quae ducit ad vitam; et de qua dicitur ad Judaeos: Auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructus ejus (Infra XXI, 43). Simile est ergo hujuscemodi regnum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo. Homo qui seminat in agro suo, a plerisque Salvator intelligitur, quod in animis credentium seminet. Ab aliis, ipse homo seminans in agro suo, hoc est, in semetipso et in corde suo. Quis est iste qui seminat, nisi sensus noster et animus, qui suscipiens granum praedicationis, et fovens sementem humore fidei, facit in agro sui pectoris pullulare? Praedicatio Evangelii minima est omnibus disciplinis. Ad primam quippe doctrinam fidem non habet veritatis, hominem Deum, Deum mortuum, et scandalum crucis praedicans. Confer hujuscemodi doctrinam dogmatibus philosophorum, et libris eorum, splendori eloquentiae, et compositioni sermonum, et videbis quanto minor sit caeteris seminibus sementis Evangelii. Sed illa cum creverit, nihil mordax, nihil vividum, nihil vitale demonstrat, sed totum flaccidum marcidumque et mollitum ebullit in olera, et in herbas, quae cito arescunt et corruunt. Haec autem praedicatio, quae parva videbatur in principio, cum vel in anima credentis, vel in toto mundo sata fuerit, non exsurgit in olera, sed crescit in arborem: ita ut volucres coeli (quas vel animas credentium, vel fortitudines Dei servitio mancipatas, sentire debemus) veniant et habitent in ramis ejus. Ramos puto Evangelicae arboris, quae de grano sinapis creverit, dogmatum esse diversitates, in quibus supradictarum volucrum unaquaeque requiescit. Assumamus et nos pennas columbae (Ps. LIV), ut volitantes ad altiora, possimus habitare in ramis hujus arboris, et nidulos nobis facere doctrinarum, terrenaque fugientes, ad coelestia festinare. Multi legentes granum sinapis minimum omnibus seminibus, et illud quod in Evangelio a discipulis dicitur: Domine, adauge nobis fidem (Luc. XVII, 6); et respondetur eis a Salvatore: Amen dico vobis, si habueritis fidem quasi granum sinapis, et dixeritis monti huic, migra de loco isto, migrabit, putant apostolos vel parvam fidem petere, vel Dominum de parva fide dubitare; cum apostolus Paulus fidem grano sinapis comparatam maximam judicet. Quid enim dicit? Si habuero totam fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest (I Cor. XIII, 2). Ergo quod Dominus dixit fide fieri, quae grano sinapis comparetur, hoc Apostolus docet tota fide posse fieri.

El reino de los cielos es la predicación del Evangelio y el conocimiento de las Escrituras que conduce a la vida; y de la cual se dice a los judíos: El reino de Dios será quitado de vosotros, y será dado a gente que haga sus frutos (Mat. XXI, 43). Semejante es, pues, tal reino al grano de mostaza, que tomándolo un hombre lo sembró en su campo. El hombre que siembra en su campo es entendido por la mayoría como el Salvador, porque siembra en las almas de los creyentes. Por otros, el hombre mismo que siembra en su campo, esto es, en sí mismo y en su corazón. ¿Quién es este que siembra, sino nuestro sentido y ánimo, que recibiendo el grano de la predicación, y fomentando la siembra con el humor de la fe, hace brotar en el campo de su pecho? La predicación del Evangelio es la mínima de todas las disciplinas. Pues ante la primera doctrina no tiene la fe de la verdad, predicando a un Hombre Dios, a un Dios muerto, y el escándalo de la cruz. Compara tal doctrina con los dogmas de los filósofos y sus libros, con el esplendor de la elocuencia y la composición de los sermones, y verás cuánto menor es que las demás semillas la siembra del Evangelio. Pero aquella, cuando ha crecido, nada mordaz, nada vívido, nada vital demuestra, sino que todo flácido, marchito y reblandecido brota en hortalizas y en hierbas, que pronto se secan y caen. Pero esta predicación, que parecía pequeña al principio, cuando ha sido sembrada ya en el alma del creyente, ya en todo el mundo, no surge en hortalizas, sino que crece en árbol: de modo que las aves del cielo (que debemos entender ya como las almas de los creyentes, ya como las fortalezas dedicadas al servicio de Dios) vienen y habitan en sus ramas. Pienso que las ramas del árbol evangélico, que creció del grano de mostaza, son las diversidades de dogmas, en las cuales cada una de las antedichas aves descansa. Tomemos también nosotros las alas de paloma (Sal. LIV), para que volando hacia lo más alto, podamos habitar en las ramas de este árbol, y hacernos niditos de doctrinas, y huyendo de lo terreno, apresurarnos a lo celestial. Muchos, leyendo que el grano de mostaza es la mínima de todas las semillas, y aquello que se dice en el Evangelio por los discípulos: Señor, auméntanos la fe (Luc. XVII, 5); y se les responde por el Salvador: Amén os digo, si tuvierais fe como un grano de mostaza, y dijerais a este monte: pásate de aquí allá, se pasará, piensan que los apóstoles o piden una fe pequeña, o que el Señor duda de la fe pequeña; siendo que el apóstol Pablo juzga la fe comparada al grano de mostaza como la máxima. Pues ¿qué dice? Si tuviera toda la fe, de modo que traslade los montes; pero no tuviera caridad, nada me aprovecha (I Cor. XIII, 2). Por tanto, lo que el Señor dijo que se hace por la fe que se compara al grano de mostaza, esto enseña el Apóstol que puede hacerse por toda la fe.

(Vers. 33.) Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum coelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinae satis tribus, donec fermentatum est totum. Diversus est hominum stomachus: alii amaris, alii dulcibus, alii [Al. hi . . . illi] austeribus, alii lenibus delectantur cibis. Proponit itaque Dominus, ut jam supra diximus, diversas parabolas, ut juxta vulnerum varietates et medicina diversa sit. Mulier ista, quae fermentum accepit, et abscondit illud in farinae satis tribus, donec fermentaretur totum, vel praedicatio mihi videtur apostolica vel Ecclesia, quae de diversis gentibus congregata est. Haec tollit fermentum, notitiam scilicet et intelligentiam Scripturarum, et abscondit illud in farinae satis tribus, ut spiritus, anima, et corpus in unum redacta, non discrepent inter se; sed cum duobus et tribus convenerint, 94 impetrent a Patre quodcumque postulaverint (Matth. XVIII). Disseritur locus iste, et aliter. Legimus in Platone, et philosophorum dogma [Al. dogmate] vulgatum est, tres esse in humana anima passiones, τὸ λογικὸν quod nos possumus interpretari rationabile: τὸ θυμικὸν quod dicamus, plenum irae, vel irascibile: τὸ ἐπιθυμητικὸν quod appellamus, concupiscibile: et putat ille philosophus rationabile nostrum in cerebro, iram in felle, desiderium in jecore commorari. Et nos ergo si acceperimus fermentum Evangelicum sanctarum Scripturarum, de quo supra dictum est, tres humanae animae passiones in unum redigentur, ut in ratione possideamus prudentiam: in ira, odium contra vitia: in desiderio, cupiditatem virtutum; et hoc totum fiet per doctrinam Evangelicam, quam nobis mater Ecclesia praestitit. Dicam et tertiam quorumdam intelligentiam, ut curiosus lector e pluribus quod placuerit, eligat: Mulierem istam et ipsi Ecclesiam interpretantur, quae fidem hominis farinae satis tribus commiscuerit credulitati Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Cumque in unum fuerit fermentata, non nos ad triplicem Deum, sed ad unius divinitatis perducit notitiam. Farinae quoque [Al. quippe] sata tria, dum non est in singulis diversa natura, et ad unitatem trahunt substantiae. Pius quidem sensus, sed numquam parabolae et dubia aenigmatum intelligentia, potest ad auctoritatem dogmatum proficere. Satum autem genus est mensurae, juxta morem provinciae Palaestinae, unum et dimidium modium capiens. Dicuntur et alia de hac parabola, sed non est praesentis materiae totum de omnibus dicere.

(Vers. 34.) Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis. Non discipulis, sed turbis per parabolas loquitur; et usque hodie turbae in parabolis audiunt: discipuli domi interrogant Salvatorem.

(Vers. 33.) Otra parábola les dijo: El reino de los cielos es semejante a la levadura, que tomándola una mujer la escondió en tres medidas (*satis*) de harina, hasta que todo quedó fermentado. Diverso es el estómago de los hombres: unos se deleitan con alimentos amargos, otros con dulces, otros [Al. estos... aquellos] con los más austeros, otros con los suaves. Propone, pues, el Señor, como ya hemos dicho arriba, diversas parábolas, para que según las variedades de las heridas sea también diversa la medicina. Aquella mujer, que tomó la levadura y la escondió en tres medidas de harina hasta que todo se fermentara, me parece ser o la predicación apostólica o la Iglesia, que ha sido congregada de diversas naciones. Esta toma la levadura, a saber, el conocimiento y el entendimiento de las Escrituras, y lo esconde en tres medidas de harina, para que el espíritu, el alma y el cuerpo, reducidos a uno, no discrepen entre sí; sino que cuando dos y tres se hubieren reunido (Mat. XVIII), alcancen del Padre cualquier cosa que pidieren. Se explica este pasaje también de otro modo. Leemos en Platón, y es vulgar el dogma de los filósofos, que hay tres pasiones en el alma humana: lo racional (*to logikon*), que nosotros podemos interpretar como «razonable»; lo irascible (*to thymikon*), que digamos «lleno de ira» o «irascible»; lo concupiscible (*to epithymêtikon*), que llamamos «concupiscible»; y piensa aquel filósofo que nuestro racional habita en el cerebro, la ira en la hiel, el deseo en el hígado. Y nosotros, pues, si hubiéremos recibido la levadura evangélica de las sagradas Escrituras, de la cual se habló arriba, las tres pasiones del alma humana serán reducidas a una, para que en la razón poseamos la prudencia: en la ira, el odio contra los vicios: en el deseo, la codicia de las virtudes; y todo esto se hará por la doctrina evangélica, que nos proporcionó la madre Iglesia. Diré también una tercera inteligencia de algunos, para que el curioso lector elija entre varias lo que le plazca: a esta mujer ellos también la interpretan como la Iglesia, que mezcló la fe del hombre en tres medidas de harina con la credulidad del Padre, y del Hijo, y del Espíritu Santo. Y cuando se hubo fermentado en uno, no nos conduce a un Dios triple, sino al conocimiento de una sola divinidad. También las tres medidas de harina, mientras no hay en cada una naturaleza diversa, también atraen a la unidad de la sustancia. Sentido piadoso ciertamente, pero nunca las parábolas y el dudoso entendimiento de los enigmas pueden aprovechar para la autoridad de los dogmas. Pero el «satum» es un género de medida, según la costumbre de la provincia de Palestina, que contiene un modio y medio. Se dicen también otras cosas de esta parábola, pero no es de la presente materia decirlo todo sobre todo.

(Vers. 34.) Todas estas cosas habló Jesús en parábolas a las turbas, y sin parábolas no les hablaba. No a los discípulos, sino a las turbas habla por parábolas; y hasta el día de hoy las turbas oyen en parábolas: los discípulos en casa interrogan al Salvador.

(Vers. 35.) Ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. Hoc testimonium de septuagesimo septimo psalmo (Vers. 2) sumptum est. Legi in nonnullis codicibus, et studiosus lector forte reperiet idipsum, in eo loco 95 ubi nos posuimus, et Vulgata habet editio: Ut impleretur quod dictum est per prophetam dicentem, ibi scriptum, per Isaiam prophetam dicentem. Quod quia minime inveniebatur in Isaia, arbitror postea a prudentibus viris esse sublatum. Sed mihi videtur in principio ita editum: Quod scriptum est per Asaph prophetam, dicentem. Septuagesimus enim septimus psalmus, de quo hoc sumptum est testimonium, Asaph prophetae titulo inscribitur. Et primum scriptorem non intellexisse Asaph, et putasse scriptoris vitium, atque emendasse nomen Isaiae, cujus vocabulum manifestius erat. Sciendum est itaque, quod in psalmis et hymnis et canticis Dei, non solum David, sed et caeteri, quorum praescripta sunt nomina, prophetae sint appellandi: Asaph videlicet et Idithum, et Eman Ezraites, et Aethan, et filii Chore, et reliqui quos Scriptura commemorat. Quodque ex persona Domini dicitur: Aperiam in parabolis os meum: eructabo abscondita a constitutione mundi, considerandum attentius et inveniendum describi egressum Israelis ex Aegypto, et omnia signa narrari, quae in Exodi continentur historia. Ex quo intelligimus universa illa quae scripta sunt, parabolice sentienda: nec manifestam tantum sonare litteram, sed et abscondita sacramenta; hoc enim se Salvator edicturum esse promittit, aperiens os suum in parabolis, et eructans abscondita a constitutione mundi.

(Vers. 36.) Tunc dimissis turbis venit in domum, et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes: Edissere nobis parabolam zizaniorum agri. Dimittit turbas Jesus, et domum revertitur, ut accedant ad eum discipuli, et secreto interrogent quae populus nec merebatur audire, nec poterat. Edissere nobis parabolam zizaniorum agri.

(Vers. 37 seqq.) Qui respondens, ait: Qui seminat bonum semen, est Filius hominis. Ager autem 96 est mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni: zizania autem filii sunt nequam. Inimicus autem qui seminavit ea, est diabolus. Messis vero, consummatio saeculi est. Messores autem Angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur: sic erit in consummatione saeculi. Mittet ergo Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem, et mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus et stridor dentium.

(Vers. 35.) Para que se cumpliera lo que fue dicho por el profeta, diciendo: Abriré mi boca en parábolas, brotaré cosas escondidas desde la constitución del mundo. Este testimonio ha sido tomado del salmo septuagésimo séptimo (Vers. 2). He leído en algunos códices, y el lector estudioso tal vez encontrará lo mismo, en aquel lugar donde nosotros pusimos, y la edición Vulgata tiene: «Para que se cumpliera lo que fue dicho por el profeta, diciendo», allí estaba escrito, «por el profeta Isaías, diciendo». Como esto no se encontraba en absoluto en Isaías, considero que después fue retirado por hombres prudentes. Pero a mí me parece que al principio fue editado así: «Lo que fue escrito por el profeta Asaf, diciendo». Pues el salmo septuagésimo séptimo, del cual se ha tomado este testimonio, está inscrito con el título del profeta Asaf. Y el primer escritor no entendió «Asaf», y pensó que era un vicio del escritor, y enmendó el nombre de Isaías, cuyo vocablo era más manifiesto. Se debe saber, por tanto, que en los salmos e himnos y cánticos de Dios, no solo David, sino también los demás cuyos nombres están preescritos, deben ser llamados profetas: a saber, Asaf e Iditún, y Emán el ezraíta, y Etán, y los hijos de Coré, y los demás que la Escritura conmemora. Y aquello que se dice de la persona del Señor: «Abriré mi boca en parábolas: brotaré cosas escondidas desde la constitución del mundo», debe ser considerado más atentamente y se encontrará que se describe la salida de Israel de Egipto, y se narran todos los signos que se contienen en la historia del Éxodo. De lo cual entendemos que todo aquello que fue escrito debe ser sentido parabólicamente: y que no solo suena la letra manifiesta, sino también sacramentos escondidos; pues esto promete el Salvador que ha de declarar, abriendo su boca en parábolas, y brotando cosas escondidas desde la constitución del mundo.

(Vers. 36.) Entonces, despedidas las turbas, vino a casa, y se acercaron a él sus discípulos, diciendo: Explícanos la parábola de la cizaña del campo. Despide Jesús a las turbas, y vuelve a casa, para que se acerquen a él los discípulos, e interroguen en secreto lo que el pueblo ni merecía oír, ni podía. Explícanos la parábola de la cizaña del campo.

